

A sicut idem postea in Thuringia postus, plurimis reulit, cum evaginasset gladium, ut mactaret filium, & in ancipiti positus, necem distulisset. vidit eminus duos lupos super unam cervam stantes, & lacerantes carnes ejus. Statimque patrem suum, ad cadaver cervæ accurrit: & lupos inde abigens, tulit de carnibus prægutatis, & cum incolam filio ad uxorem revertus est. Prius enim, quando filium tulerat de matris, paululum ab ea declinaverat, ne illa morientem puerum videret & audiret. At illa veniente marito, videns recentes carnes & cruore perfusas, putabat filium occisum, & cecidit retrosum penè exanimis. Ille autem accedens, consolatus est eam, & erigens illam, ostendit puerum viventem. Tunc illa resumpto spiritu, Deo gratias egit, quia filium sanum recipere meruit: nec minus ille, quia eum Deus à liberi interfectione innocuum dignatus est conservare. Ambo tamen carnis lege prohibitis, necessitate coacti se recreantur. Ex *Pitheo in Annal. Franc. Baron. tom. 10. 850. 15.*

* Cum Basilicus Imperator octo menses super annum tyrannidem exercisset, omnibusque ob ejus avaritiam, & aulicis & militibus defensus esset, à Zenone tandem exercitum petitus est. Ubi amborum copie in conspectu fuere, Armas (sic enim nomen ducebat, qui ab eo missus fuerat) Zenonis ducibus se cum toto tradit exercitu. Legitur Constantino Basilicum acceptæ cladis, & proditiōnis nuntio, protinus in templum confugit: tibi caput ab Acacio Præfule Constantino politano, ob ejus impietatem, ac Zenoniam sectam inclinaverat, omnemque vitam pessimis moribus inquinaverat; ex quo, odio cunctis erat. Zeno rursus Imperium repetens, Armas officium ante omnia probavit. Verum paulò post eum in suspicionem venientem de medio sustulit: Basilicum autem tyrannum simul cum uxore & filiis in Cappadociam mittens hyemis tempore, justit, neque veste, neque cibariis juvari. Ex quo breviter una se complexi corporibus, collacrymantes miserè perierunt: unde tyrannidis penam brevi tempore dedit. Tali sine clausi vitam impius Basilicus, ut hanc periret, qui (inquit Suidas) pecuniam exegit ab Ecclesiæ Episcopo, & Acacium Constantino Episcopo Cætopemodo repulisset, nisi à multitudine eorum, qui monachi dicebantur, reprehensus fuisset. Homo insigni avaritia, ut ne cædonibus quidem, & contemptis opificibus parceret, omniaque essent plena lacrymarum inter illas exactiones. *Procop. de bello Vandal. lib. 1. & Suid. in Basilic. apud Baron. tom. 6. ann. 477.*

Anno 1083, gravis adeo in Italia annona fuit, ut, quod dictu nefas videatur, præ victus inopia multæ matres in liberos fame sollicitate levierint. *Sigonius libro nono regni Ital.*

Anno 1177, quo pax inter Alexandrum III. Papam, & Fridericum I. Imperat. Venetiis composita fuit, & libertas Italiciæ urbibus data, Italia summa rei frumentariæ inopia laboravit, frumentum solidis argenteis triginta duobus in singulos sextarios fletit. *Sigonius libro decimo quarto regni Ital.*

Sub Michaelis filio Constantini, Duce Imperatoris, tanta penuria annonæ per Græciam facta est, ut non totus medimnus numismate aureo emeretur. Hæc publica infelicitas indidit Imperatori cognomen Parapinacæ, quod significat, Ad scutellam, sive Ad tabulam. *Cyprianus.*

Magna fuit fames sub Romano Argyropolo Imperatore in Cappadocia, Armenia, & Paphlagonia, locustis penè omnem Orientem vastantibus. Ob quam penuriam multi deiecit patriis transigrare aliò coacti sunt, quos auri distributione Imperator fovebat.

Anno 968, terræmotus factus, & cometa apparuit. Anno sequenti, sol eclipsin passus est, quam maxima in Germania fames secuta est.

Anno Christi 1095, fames gravissimè omnes afflixit, pauperibus per furta & incendia ditiores graviter vexantibus. *Sigebertus in Chronicis.*

Anglia Danorum & Normannorum armis miserè infestata, sub Gulielmo rege, omnium animis novo semper bello occupatis, intermissio cultu agrorum, tanta fames in Anglia, & Scotia exorta est, ut apud eas gentes renovata sit memoria carnis humanæ gustandæ. *Aemilius libro 3.*

Refert Avenzoar Arabs, quandoque in Arabia eò ventum penurie, ut cadavera mortuorum eò sepulchris creuerent homines, medullæ causâ. *Cardanus de Rerum varietate libro 8. cap. 45.*

In Gallia fames permaxima grassata est anno Dom. 1146, in qua Ecclesiarum Christi enituit liberalis munificentiâ, quæ in sustentationem pauperum multa expenderit modiorum millia. Quo tempore in Lingonensi parochia apud Morinadum, tibi pauperes innumeri quotidianâ sitipe alebantur, quidam homines occidisse, & eorum carnes coctas vendidisse deprehensus, & à pauperibus patibulo eò appensus. *Robertus Abbas in Chron.*

Deficientibus Gothalanis, Joannes Aragonum rex, à Ludovico rege Gallorum trecenta millia aureorum, quos Galli coronas vocant, mutatus, et; donec munum perolveret, oppidum Perpignanum, totamque provinciam Roscinonis oppigneravit. Cæterum Gothalanico bello confecto, & Perpignani cives, alique populi finitimi, qui Gallorum mores & imperium molestissimè ferebant, quotidie Aragonum regem evocabant. Ludovicus & amissionem pecunie, & Perpignanensium defectionem veritus, magnum exercitum in Hispaniam misit. Joannes frustra Perpignanensibus peritadere conabatur, ut tantillo tempore Gallis parerent. Ab iis, qui arcem tenebant, Gallis à tergo, à fronte 40. millibus Gallorum pressi, sola fame domari potuerunt. Multis diebus nihil præter mures ac felles & domesticos canes, quos mulieres per vios oppidii linteis & longis laticæ palliis venabantur, manducaverunt. Quibus etiam deficientibus, non solum Gallorum, quos occiderant, fed suorum quoque cadavera devorantur. Nonnullæ mulieres cum peperissent, tabie famis agitate, utero suos continuo fetus reddiderunt. Aliæ matres suos ipsæ filios, sive fame, sive alio casu peremptos miserabilibus lacrymis aperfos comederunt. O ratum famis, & extreme necessitatis exemplum! Quod in Hispania tamen terribi tunc accidit, his jam olim, & Numantinis à Romanis obsessis, & Saguntinis à Carthaginensibus. Sed Perpignanensium fuit tolerantia major, qui cum toto mala, suo etiam Rege hortante, vitare potuissent, noluerunt. Tandem honestas à Gallorum ducibus oblatas de pace conditiones, ut & civis honorificè benignèque tractarentur, & equites cum armis & equis dicerentur, acceperunt. *Martinius lib. 18. rerum Hisp.*

Cum Domaldri Sueonum & Gothorum tyranni faelites frumentum suis equis devorandum appouissent, & interim infelices parentes viderent liberos suos fame atque inedia perire (tanquam à Visburo solati, ut nec agris seminandis, nec liberis in vita conservandis sufficerent) famelicæ non modò Gothiæ regnum, sed & Sueciam depopularetur: unicum remedium à templorum pontificibus, qui Othino idolo Uplaliæ ministrabant, inventum, ut regem Domaldrum, tanquam atrocem humani generis hostem, vinculis confictum, apud Upliam decæ Cereri immolarent. Itaque à confemato populo Domaler, sive genero ejus Pluton, immolatus fuit. Post ejus fatæ, frugum, rerumque omnium abundantia longè lateque successit. *Joan. Magnus libro septimo cap. 21.*

GOTHARO rege Sueonibus & Gothis imperante magna fuit fames, non ob terræ sterilitatem, quæ superabundantem partem cultori rependere consuevit, sed quia agricolæ vomeres in gladios converterant. Quidam consulebant, senes, & pueros, omnemque imbellem atatem, ferro exringendam. Tandem communi omnium incolarum consensu decretum est, ut in tres turmas dividerentur: quarum tertia, cui fors evenisset, sedes in alienis terris, vi, vel gratia acquireret. Hi ergo duos præstantis animi juvenes, Hæconem, & Hæbonem, duces, quibus parerent, elegerunt. Deinde in Moringiam, & civitatem Calmarinæ (quæ caput est Gothiæ Meridionalis) profecti, classem transevehendæ multitudinis idoneam nacti, in insulam Gotlandiæ; deinde in Teonica littora se contulerunt. Postremò evictis maximis difficultatibus, per Pannoniam & Bulgariam, in Italia, vicis Gothis, regnum Longobardorum fundaverunt. *Joan. Magnus lib. 8. cap. 17. ex Sabellio. Sed Saxo lib. 8. Snione Danis imperante hoc factum scribit, & posterioris consilii auctorem fuisse Gambaruc, matrem Aggonis & Ebbenis ducum.*

Quo

A Quo tempore Scotia Eduardi Callioli & Davidis Brusii regum factionibus confragata, tanta fame laboratum est in Anglia pariter & Scotia, ut equos, canes, feles seu catos, ac similia, penuria aliarum rerum ederent. Traditum insuper à quibusdam est, eò inopia redactos quosdam, ut diutnam famem non ferentes, pueris à vicinis suffragis miserabili calamitate non pepercissent. *H. Boethius lib. 15.* Civili bello attritis Scotorum viribus, Pictos in Orcadas fugere compulerunt Britanni, Scotos vero in arce Berigonio, quò se Rheuter rex receperat, obsidione premebant arctissima. Scoti consumpto omni frumento, ne in hostium venirent potestatem, munitæ caele fortitione factam aliquamdiu toleraverunt. Facta inde eruptione, Colanus Novantæ gentis princeps, cum suis fortiter pugnavit occubuit, sed spatium interim dedit Rheuteri regi ad mare fugiendi, & in Hiberniam trajiciendi. Mulieres Novantæ quæ eò proximis monticulis accuratius rem omnem, quæ sebat ordine, contempabantur, confectos vulneribus occumbentes viros ante oculos inuentes, ne in turpem devenirent servitum, aut mutuis vulneribus sese interemerunt, aut laqueo vitam finientes mortem sibi consciverunt. *H. Boethius lib. 2.*

Hebuidum insularum incolæ rebelles ab Ethodio Scotorum rege, in saltu quodam sese incautus abentes, fossa sepi & vallo, eò redacti sunt inopia, ut consumpto comætu, arborum frondibus & herbis pritis, deinde earum radicibus, & illis absumptis, humanis excrementis cibi loco veli cogenterent. Tandem fame domiti, pacis conditiones acceperunt, ut dux & ducenti ex omni conjuratorum multitudine victoris arbitrio delecti ad se venirent, supplicium primatum arbitrio subituri: ceteri depositis armis, liberè abirent in Hebrides. *H. Boethius lib. 5.*

Anno Sal. 1098, tanta fuit in Scotia fames, ut hordei modius quinque coronatis aureis agrè comparari posset. Max sequente anno, tanta omnium rerum ubertas fuit, quanta nunquam antea audita. Quo anno Alexander primogenitus Guilielmi regis ex Emergarda regina natus est. *H. Boethius libro decimo tertio.*

Cælo per nefas rege D. Canuto, Dani Olauum ejus fratrem, qui ob regni affectionem in Flandriam relegatus erat, revocatum. Sælus publicum publica quoque pena subsecuta est, fames ingens, quæ solam Daniam vexavit, non autem vicinas regiones. Quippè per tot annos, quot Canutus imperaverat, verni æstivique temporis fervore satum omne coaruit: autumnale vero adeò pluvium fuit, ut si quid locorum humiditate plauriferæ madore altum succrevisset, perfererant imbrum inundatione decideret. Camporum facies caelestibus imbris inundata, latè parentis stagni speciem præbere videbatur; & quod ætas agrè producerat, autumnus opprimebat. Rustici aquis campos tegentibus, supernatantia piscarum capita demetentes naviculis excipiebant: ac deinde putres arillarum reliquias formacibus excicabant, & quia panem præstare non poterant in usum pulvis vertebant. Maxima proinde populi pars inedia consumpta fuit. Rex ipse ad ultimam tabem redactus, agris vanire jussit, alimenta possessionum pretiis comparabat. Mobilibus in eundem usum ingenuitatis insignia erogare, rubori non fuit. Olau cum bis penè lustrum regnando condidisset, inter continuas rei familiaris angustias, nihil regali magnificentia dignum exequi poterat. Sed & finitimos, pauperatis ejus contemptum, cum armis invadere puduit. Cum divinum Christi natalem celebrans, jejunos circumquaque penates apiceret, obducto manibus capite, suscitò lacrymis, vultu, per summam animi agitudinem temporis difficultatem genuit profectus est. Deinde supplicatione habita, auctorem omnium Deum, ut si quid ira adversus populum concepsisset, suo unius periculo satiare, oravit. Nec difficultes munus aures habuit: siquidem celerem fati viam obtinuit, sibi que mortem, salutem patriæ peperit. Fortuna siquidem famem cum auctore suo patri finire extulit, inediæque satietate mutavit. *Saxo libro decimo.*

Anno Christi 1375, ac deinde anno interjecto, iterum duobus annis, tam acerbè Poloniam omnem fames afflixit, ut nullo, quamvis fædo, edulii genere, nec cadaveribus quidem humanis vulgò abstineretur, & parentes in liberos, & hi vicissim in illos ferverent. Famem dira pestis consecuta est. *Cromerus lib. 11.* Idem anno 1468, pestem latè grassantem annonæ caritas excepit, & hebeti cæli in-
L. B. Theat. Vita Human. Tom. 11.

temperie, & intemptivo calore ac siccitate, coorta ingenti multitudine murium, qui horrea depasiti, cum se in agros effudissent, legetes quoque hybernas virecentes radicibus arroserunt. *Idem libro 27.*

Anno Domini 1569, centum quinquaginta Rustici ad edificandam arcem Orlo à Joan. Basilide Moschorum tyranno missi, coacti sunt ob annonæ penuriam ex suis novem mactare, & illorum carnis velci. *Alexand. Guagninus in Moscovia.*

Anno à Christo M. CCCC. XXXIX. in Thuringia panis inopia innumeri mortales perire, ita ut omnes per totam regionem viæ, omnesque in urbibus, vicis, ac villis plateæ mortuis corporibus referret essent. Sequuta est pestis, quæ multa hominum millia absumpsit. In hujus rei memoriam Erfordienfes pictores singulis annis, die divo Marco facta, qua instituta supplicationes celebrantur, panes minutos, quos ob id Marceios appellant, pinunt, vnumque proponunt, vix exigui orbiculi, qualibus torques aurei conficiuntur, magnitudinem referentes: cum finguli tribus nummis ejus regionis usitatis comemerentur. *Leonard. Fuschus lib. 2. Instit. Med.*

Bello Ligulico quarto, Sardoniæ Insulæ (quæ Liburniæ adjacet) incolæ Arbenfes, Veneti imperii studio summi, ac sapius eo bello oppugnatione tentati, omnia extrema pati maluerunt, quam à Veneto imperio alienari. Chinatus, qui ultimum bellum Ligulicum diligentissimè scripsit, auctor est, diu nullum panis usum inter Arbenfes fuisse, ac lego cautum, ne quis panem nominaret: carnes & lacticia victum præbuisse. At verò atrocissimis oppugnationibus fracti, non quam ipsi facturi erant, sed quæ imperatori ab hoste potuit, deditionem fecere. *Sabell. lib. 7. Dec. 2.*

Syndoroviam Serviæ regiam contra Amuratem II. soli omnium Novomontani & Samandri memorabili virtute quadenniō defenderunt, tanta rerum omnium inopia, ut super vitos obsecransque cibos reperit sint, qui fame adacti, suas ipsi corroserint manus, postremò inedia victi, cum Gregorio Principis filio ultrà in hostium potestatem venere. Sic Syndorovia expugnata cum centum armorum millibus. *Cyprianus.*

Eo anno, quo hæc probebamus, inquit *Sabell. lib. 10. c. 7.* nonnullis Flaminia regionis & Picensis agris locis, tanta rei frumentariæ caritas incidit, in magno Italia motu, ut agreste & inops vulgus ultimum remedium inveniret in arborum radicibus, & herbis arefactis, rufisque, & in panis speciem subactis.

Obfessa à Venetis & Gallis Verona anno Salut. 1516, defendente eam M. Antonio Columna, Cæsaris Maximilliani nomine, ad id penuriæ ventum est, ut cum vix lentem & fabam, paniceaque pultaria in quotidiano usui haberent, equinas atque aellorum carnes magno in honore duccerent: & tum præsertim opiparè apud ducentem epularentur, quem aliqui Gallorum equi, ut erant præpingues, ac suis strigiosioribus & fame propè enectis minimè comparandi, in excursionibus occiderentur. Nam conspectis statim equorum cadaveribus, portis frequentes evolabant, concelsoque in frusta, humeris in urbem cum pluvibus referabant. *Sabell. supplement. libro octavo ex Iovio.*

Expugnata anno 1527, pridie Kalend. Majis, Roma, atque arce, in qua Clemens VII. Pp. confugerat, diligenter circumvallata obfessaque: Clemens consumpto comætu, ita ut asinina etiam carne, invitatis quoque quasi ad solennes epulas Patribus arduissimè vefeceret, desperatis omnibus effugis, deditionem fecit, ea conditione, ut cuncta, quæ imperasset Cæsar, se facturum polliceretur, à quo dignas ejus pietate fideque literas expectabat, à quo pendio militi perfoluto, sibi sacrosanctum Urbis imperium cum libertate redderetur. *Jovius in Pomp. Columna.*

Gallos, qui Novariæ à Venetis obfidebantur, magis magisque in dies rerum omnium egestas atque inopia premebat, ut equis in eam ut cogenterent: complerique corruptis farinis, aut pane futuraceo vescentes, tum aque potu, quo Galli Germanique minimè omnium uti solent, interirent. *Bembus lib. 2. Hist. Ven.*

* Anno 1315, pluvie tota æstas famem & pestem adduxerunt, quibus tertia pars viventium absumpta perhibetur. *Fuscus sub annum Christi 1315.*

* Anno 1316, tanta fuit frumenti penuria, ut Gorticii homines

A nes tenuioris fortunæ ex mespillis, corticibus uillarum, panem coquerent; Parentes filius vix abstinentur. *Annal. Gortian.*

* Per Hungariam annis superioribus, nominatim 1586. tanta famæ exorta est, ut violato iure naturæ, parentes filios vendiderint in mancipia, vel pro frumento commutaverint: alii in Danubium eos precipitaverint. *L. Beyer. in Chronolog.* Eodem anno Italia fame oppressa, ut penè populus seditionem moverit in opulentioribus.

* Gallia quoque hanc penuriam sensit, ita ut eo anno Rex Navarra exercitum exactorare fuerit coactus, annonæ defectu, Alexandro Farnesio bellicosissimo Parmæ Principe Parisios obsidente anno 1590, tanta ibidem famæ exorta est, ut Principes qui ineratant, famelico populo supellectilem, omnemque peculium dimittunt distribuerint. Sed mox equinæ carni etiam pretium positum fuit, eoque inopiæ eventum, ut lora detractæ cadaveribus bestiarum pelles pro deliciis fumerentur; canesque & alia id genus, una cum radicibus & corticibus absumerentur. Sic ut plures fame mortui conciderint. *Beyerlinck supra ad annum 1590.*

B Anno quoque 1587, annonæ penuria usque adeo per Belgium ingravescebat, ut passim omni genere leguminum conficeretur panis. Mensura siliginis Antverpiæ vaniebat 24. floren. tritici 36. eodem pretio proportionato quoad reliqua granorum genera. *Idem ibid.*

* FAMES. CALAMITAS MAXIMA. Fame nihil miserius dixit Cicero, & ita verè se habet. Scivitis id Rex David, qui maluit pestilentia, quam fame castigari. *1. 2. Reg.* Olim famem ex ædibus virginis ejiciebant, dicentes: *hæc sua sunt, hæc matris ejus sunt.* Fors famem: Intra divitias, & sanitatem, Calamitas omnis tempore atteritur: at famis calamitas crescit.

Carthagine Scipio tum cepit, cum propugnatores fame deficerent. Sic Aquilejam Atrilia, Sylla Athenienses Romanis servire compulsi: & ob hanc Pompejus Mithridatem sibi subiecit. Lucium Æmiliū famem adegit, se & Commilitones Cæsaris potestati commisit. Eadem Bragadunum fortissimum moderatore Cypri, Famagusta Saracenis post annum obsidionem tradere coegit. Quin dum hæc scribimus, Julicum arte & natura munissimum oppidum, trachus istius caput, nuper à Mauricio Nassovio occupatum, post quintum obsidionis mensem recuperatur ab Henrico Comite Bergensi, qui cum imperio Marchionis Spinolæ exercitui isti præerat: propugnatoribus fame, omniumque rerum egestate pressis, sic ut ultra vitam sustinere non possent, equina pro deliciis abstulima.

Plura suppedtabis superior Titulus exemplorum Historicorum.

* CAUSÆ,

æque duplices. Naturales, & Supernaturales. Naturales causæ famis plures sunt: siccitas, largior imber, uredo, rubigo, æstus immoderatus, frigus conquerens, ut Plato loquitur in Axiocho; & observatum in historiis, quod aruarum eluviones semper famis calamitas fuerit secuta. Ita Corsiciana famem, Nisi fluminis inundatio, Italicam Tyberis eluvies, alias aliæ inundationes præcesserunt, tanquam earum cladum prænuntia. Ea tamen clade Deum plerumque scelera punire, historiæ tum factæ, cum profanæ demonstrant, ejusque animadvertionis nomen exemplo observant Hebræi ex Thargo Ruth.

D Primam enim famem voluit fuisse Adamo vivente, fortassis propter maledictam Terram. *Genes. 3.* II. Ob fratricidium Cain, unde quod dicitur, Maledictus eris super terram; revertunt lxx. à terra. *Genes. 4. i.* Terra maledicta sterileturque.

III. Sub Abraham *Gen. 12. IV.* sub Isaac *Gen. 26. V.* sub Jacob. *Gen. 42. VI.* sub Ruth. *Ruth. cap. 1. VII. VIII. & IX.* narratur in historia Regum. 2. *Reg. 21.*

Collegit autem Philippus Bosquiers in *Flagello Academiæ peccatorum* Gallicæ edito, alias non pateas famem, que nuntium divexarunt. Deo permittere, & scelera punire. Sane inter alias coninationes Deus per Moysen in Deuteronomio dicit: Mitte Dominus super te famem & euriem. Atque versu 57. dicit, tantam fore famem & ciborum penuriam non audientibus voce Domini, ut tenera & delicata mulier secunditas comestura sit.

* APOPHTHEGMATA.

SOCRATES dicere solebat, cibi condimentum esse famem, potentius situm. *Cic. 1. 5. Tus. 4.*

Idem arbitrari se dicebat, idcirco suos homines effectos à E Circæ, quod famis & sitis impatientes, vario cibo & potu nutritissimi. Quosdem autem partim Mercurii consilio, partim abstinentia sua, hoc periculo se exemisse. *Xenophon lib. 1. de diætiis & salubri Sacratio.*

DIODEGENES in foro manibus operans: Utinam, inquit, liceret perfricatio ventre non esurire. *Brus. 1. 2. c. 41.*

Apud Laconas jus, quod nigrum vocabant, quum maximè celebraretur, ferret Dionysius tyrannus juris ipsius gratia Lanicum emisse servum. Et jus illic, id sibi præparari nulla impensa habita ratione: sed cum gustasset, indignabundus expulsi dicitur. Tum verò coquus, O Rex, inquit, hoc jus tibi sumendum est, cum te Lanicè exerceris, in Eurotaque lavetis. *Brus. lib. 2. c. 41. ex Cic. lib. 5. Tus. 1.*

ANTIPHANES dicebat, famem omnia dulcia reddere, præter se ipsam: & pauperatatem morum esse magistratam. *Stob. ser. 93. vide apoph. de paupertate.*

DARIUS in fuga quum aquam turbidam, & cadaveribus inquinatam bibisset, negavit, unquam se bibisse jucundius, Nunquam autem, vel perarò sitiens biberat. *Cic. lib. 3. Tus. 9.*

ARTAXERXES, quum in fuga quadam, direpto illius commeatu, aridis ficis & hordeaceo pane vesceretur: Dii boni, inquit, cuiusmodi voluptatis hæctenus inexpertus fui: *Plu. in Reg. & Imper. Apoph.*

ARTAXERXI, jam siti deficienti, Peribartzanes eunuchus, quum aliud non liceret, è rusticò quopiam fordidiorem utrem detulit puris aque cotillas octo continentem: eam aquam quum Rex ebibisset, se nunquam vinum potasse jucundius, nec ullam aquam, quamvis purissimam, sibi vitam suaviorem, confessus est. *Erasm. 1. 5. apoph.*

LYSIMACUS superatus à Dromichete in Thracia, quum se ipsam, totumque exercitum propter sitim tradidisset, postquam captivus bibisset: O Dii, inquit, quam parvè voluptatis causa incipiunt ex Rege servum effici! *Brus. lib. 7. c. 6. ex Plu.*

PTOLOMÆUS Lagi F. quum peragenti Ægyptum, comitibus non consecutus, cibarius in causa panis datus esset, negavit illum cibum unquam sibi visum suaviorem: Aderat enim optimum condimentum, famis. *Erasm. libro sexto apoph. hez. Cic. lib. 3. Tus. 9.*

STRATONICUS ad quietem iturus, assidue jubebat puerum sibi infundere vinum: Non quod sitiam, inquit, sed ne sitam, Atheniensis.

C. MARIUS, quum castrametatus esset adversus Teutonias in loco, qui minimam habebat aquæ, militibus dicentibus se sitire, ostendit illis flumen proximè hostium vallum lambens: Illinc, inquit, nobis potus sanguine venalis est. At illi jussurunt, ut se, quo vellet, duceret, donec liquidum haberent sanguinem, nec totus adhuc præ siti dirigitisset. *Plutarch. in Roman. apoph. hez. matibus.*

CATO in oratione ad populum tumultuantem de frumento dividendo, ait, perdifficile esse ad carentem auribus ventrem verba facere, quia venter cibi avidus verba non audit. *Plutarch. in Cato.*

JULIUS CÆSAR dicebat, idem sibi esse consilium adversus hostes, quod plerisque medicis adversus infirmos; ut fame potius, quam ferro morbum superent. *Erasm. in Adas. & 1. 4. apoph.*

ALPHONSUS videns rusticum homini jacentem uvas votare: Utinam, dicebat, isto otio comederet Dii mihi indulgissent. *Pa. norm. lib. 1. de gest. Alphonsi.*

* FAMIS TEMPORE FAMELICIS SUCCURRENDUM. Cum famis aliquando gravis & levis, tam ipsam urbem Cæsareæ, in qua habitabat Basilus adhuc presbyter, quam omnem urbi subditam regionem affligeret, venditis suis prædiis & possessionibus, atque pecuniis in alimenta converteris; cum etiam rarum esset, ut illi, qui valide sibi providissent & instructi essent, ea que ad mensam & victum pertinent, sibi consecrere & suppedicare possent: ille per omne tempus famis, cum eos, qui undique confluerunt, tum juvenentium totius urbane plebis alere perleveravit, adeo ut etiam iudæorum liberos hujus benivolentis & liberalitatis ex æquo participes faceret. Nihil enim propositum intererat, utrum per vas olearum quis, an per aliam aliquam materiam & occasionem divinum mandatum exequatur. Vide plura in ipsa orat. laudum ipsius. *Grez. Nyssen. orat. in laud. Basil. magni.*

Qui tempore necessitatis peregrinos urbe prohibent, aut expellunt, subsidia paruri denegantes, cum debeat jurare nequaquam probandi: ferè enim non expellunt feras, & hominem

A hominem excludit? Ferè ac bestia communem putant omnibus victum, quem terra ministrat. Ille etiam conformem sui generis adjuvant: homo impugnat, qui nihil alienum à se debet credere, quicquid humani est. Quamò ille rectius, qui cum jam provocata processisset etate, & famem toleraret civitas; atque (ut in talibus solet) petentem vulgò, ut peregrini turbe liberentur, præfaturæ urbane curam cæteris majorem sustinent, convocavit honoratos, & locupletiores viros poposcit, ut in medium confererent, dicens: Quam immane esset peregrinos ejici! quam hominem exeret, qui cibum morienti negaret! Canes ante mensam impastos esse non patimur, & homines extrudimus: Quam inutile quoque tot populos mundo perire, qui forent adjumento esse, vel in conserendis subsidiis, vel in celebrandis commerciis? Neminem fame aliena juvati: protrahere ut plurimum diem posse, non inopiam repellere: immò tot cultoribus extinctis, tot agricolis occidentibus, occadura in perpetuum subsidia frumentaria. Hos igitur excludimus, qui victum nobis inferre conseruerunt? Hos nolimus in tempore necessitatis pascere, qui nos omni ætate paverunt? Quanta sunt que ab ipsis hoc ipso tempore ministrantur? *Non in solo pane vivit homo. Nostra illic familia, plerique etiam nostri parentes sunt. Reddamus, quod accepimus. D. Amb. lib. 3. Offici. c. 7.*

Vide *Eleemosyna. Paupertas.*

Familia.

* ETYMOLOG. ET USURPATIO VOCIS.

Familia nomen est Latinum, & propriè dicitur de liberis hominibus, quorum princeps & dux generis vocatur Pater, aut Mater familia, ut ait Festus de verb. significat. Comprehendit enim etiam omnes illos, qui in ministerio sunt, etenim liberi esse proponantur, per alienos bona fide nobis fervientes, ut Ulpianus scribit, *ff. de verb. significat. l. 195. tit. 12. Græcè.*

Cicero vocat familiam, que constat ex servis plurimis, & familiares olim dicebant servos, teste Macrobio, & Seneca. Olim scribatur per Familia, quando pro servis usurpabatur, ab Olycia dictione famæ, quod idem est quod servus. Ita Festus.

* QUÆNAM FOELICISSIMA.

Plutarchus in consilio septem Sapientum, dicit quæ situm: Quenam domus esset optima, quanam familia foelicissima? Primus inquit, Solon respondit: In qua res neque injuste est parva, neque in ea vel conservanda, difficultas, vel impendenda, locus est penitentis. Secundus Bias, dixit: In qua dominus sua sponte talem se gerit, & qualis foris propter leges. Tertius Thales: In qua, ait, plurimum otii domino conceditur. Quartus Cleobolus: In qua plures sunt qui diligant, quam qui metuant dominum. Quintus Lycurgus jubenti, ut principatum popularem in civitate conserueret, respondit: Prius conserue domi tue talem principatum. Sextus Pittacus: domum optimam dixit, in qua neque requiruntur supervacua, neque desiderantur necessaria. Septimus Chilon: Quæ similis est urbi, in qua Sapiens rex imperat. Omnia hæc verè, sed verius Moyses *Leviti. c. 26.* eam familiam foelicissimam insinuat, que Deo auctus, ideoque ab ea benedicuntur undequaque. Refert *Corn. à Lapide in c. 26. Leviti.*

EJUS RECTA INSTITUTIO. Vide infra.

D * MUTATIO. Vide infra. FAMILIARUM EXCIDIUM. In veteri Lege ad hoc sacrosancta erat familiarum conservatio, ut si mulier quæpiam in familia aliqua nupsisset, illi velut addita manserit; ut si maritus ejus moreretur, alium ejusdem familie ducere cogeret, qui semen fratris defuncti succederet: neque licebat matrimonium cum alio aliquo intrare, quamdiu talis sese offerret.

Cæterum familiis etiam potentissimis sua periodus adest, & intereunt, ita ut nonnunquam ne vestigium earum reperire sit. Sanis familiam univertam Deus delevit, exceptis posteris Jonate. Quis verò ex familia Alexandri, in Persia: quis ex posteritate Julii Cæs. Romæ: quis ex Cyri stemmate, & ita de aliis orbis Monarchis, modo regnat in Græcia? Nulla sanè est potentia, neque tam florens gloria, quam Deus non evertat aliquando aut dissipet, & velut sigilli confringant: neque ulius est Princeps, qui si majores suos reoperat, non etiam plebique vilis foris inveniat: Ab Adam enim & Noe qui agricolæ erant, omnes genti.

L. B. Theat. Vita Human. Tom. III.

* STABILIMENTUM.

Familiarum unica basis est pietas, quas impietas facilè evertit: ut patet olim in Cain, Giganthibus, Pharaone, Antiocho, Achab, & pluribus Imperatoribus & Principibus. Cum è contra familia Seth, Noë, Davidis, & similes, pietate erga Deum fulte permanerint. Tales etiam fuerunt Constantini, Theodosii, Caroli Magni, & aliorum, quoad pietatem avitam posteritas tenuit: quam simul ac abjecerunt, abjecit eos Deus, nomenque eorum de terra abtulit. Sanè si ulla inquam ab ea virtute commendata fuit illustris prosapia, est ea que nunc Christianum orbem moderatur, & Christianam Religionem tuetur, Domus Austriaca, quæ ex hinc incrementum sumpsit, & Imperiale diadema annis ccc. defert, & porrò deseret, quando in ea Principes, quales hæctenus fuerunt, pii, Deo devoti & Sanctis, pro aris & Templis eorumdem, vitam & sanguinem profundentes, hæretum omnium acerrimi vindicæ, exempla virtutum & modestiæ, magis amari quam timeri appetentes. Hinc benè ille:

Te decet Imperium gens Austria, fortiter illo Vsa diu.

* NOBILIAM FAMILIARUM PERSÆPE ORTUS F IGNOBILIS.

Ex incestu Judæ cum Thamar *Genes. 38.* prognati sunt omnes Reges Judæ, imò ipse Christus, qui à Juda per Phares & Thamar descendit. Omnes enim legitimi filii Judæ absque liberis interierunt.

Nonnè plerique Imperatores, Reges, Principes, è vilissima prosapia everti ad regnum? Ab asinis Saul, David ab ovibus regnum Israël accepit.

JEPHTE ex latrone factus est Princeps. ARSACES ex latrone electus in Regem Parthorum. GYGES ex opulione Rex Lydorum. DARIUS Hytaspis Cyri pharetophorus fuit. VALENTINIANUS I. Imper. patrem habuit funes torquentem.

TAMBERLANES ex bulbo Rex evasit Tartarorum. ACATHOCLES Syracusanorum tyrannus patrem habuit figulum.

TULLIUS HOSTILIUS ex pastore Rex factus Romanorum, AURELIANUS, & DIOCLETIANUS, humili genere nati sunt. MAXIMINUS fuit opilio. MAXIMUS PUPPIENUS patrem habuit fabrum ferrarium. JUSTINUS primus Imperator fuit subulus.

II. Bubulus. III. Faber Lignarius. IV. Miles, inde Imperator. MAHOMETES auctor Mahometismi, & Alcorani, fuit camelarius.

OTHOMANNUS primus Turcarum princeps, agrariis parentibus ortus fuit, cujus posteri adhuc hodie Byzantium Imperium occupant.

Sultanus Ægyptus oportebat primum servos esse, ex gentis & Regni instituto, prulquam ad illud honoris culmen conserverent.

Consule locum de Honoribus, ubi qui ex humili loco ad amplissimos honores devenerunt.

* NOMEN FAMILIÆ TRANSLATUM AD ALIOS. Transulerunt tandem nomen familie ad illos, qui sunt ex eadem cognatione, ut Cæsaris familia, &c. quomodo dicit Suetonius in Nerone: Ex gente Domitia duæ familie claruerunt Corviorum & Anobarborum.

Item pro secta, familie nomen Cicero usurpavit. Unde Peripateticorum familia.

Familiales dicebantur domestici, & magis juncti: ut contubernales, qui annumerantur familie membris. FAMILIARUM INTERITUS, EXCIDIUM, ut patet. * GENERIS, FAMILIÆ, DEFECTUS, INTERNECIO. EXEMPLA SACRA. *In quibus que regum familie defecerint, petes ex Regum Catalogo.*

LXX. filii Gedonis, excepto Joatham natu minimo, ab Abimelech fratre spurio Ephraim in uno saxo necati sunt. Paulò post Abimelech in oppugnatione turris Thebes mole fragmine oppressus interiit. *Jud. 9.*

Omnes homines tum peregrinationibus, tum etiam colliarum multitudine ac frequentia, tum bellis & servitute jam pridem ita confusi, ut nulli de originis antiquitate ac vestitate præter Hætræos, gloriarî possint. Ac vehementer falli mihi videntur principes, quæ sua nobilitate decus ab extrema memoria

Aria repetunt, aut sempiternum fore sperant. Gentes enim Aecidarum & Heraclidarum, quae apud Graecos clarissime fuerunt, tum apud Latinos Julia, ducentesimo ac millesimo non superarunt. Reliquae gentes patrionum, Poitium, Pinarii, Geganii, Sergii, Cornelii, Fabii, Manlii, Emilii, Curiatii, Claudii, vix octingentesimum attingerunt, ut Caesari necesse fuerit, inter patritios allegere novos ac nobiles. Darii vero, annos ducentos floruerunt: Arsacidarum circiter sexcentos: Othomanii trecentos. Hispani principes summum nobilitatis fastigium à Gothis repetunt, qui omnium opinione barbarissimi putantur. Austria domus, quae Italorum, Hispanorum ac Germanorum imperium habet, à comitibus Habspurgi generis splendorem repetens, ante Rodolphum Alberti patrem, id est, ante annos ccc. quae qualisque fuerit, penitus ignoratur. Saxonica vetustissima, ante sexcentos annos, hoc est, ante Othonem Henrici Aucupis patrem, majores cedere non potest. Metoveorum autem, qui Gallici imperii fundamenta jecerunt, stirps anno post quadragesimo desit; & Caroli Magni genus in Carolo duce Lotharingo, ducentos post annos, extinctum est. Nunc imperant Capeti, à Vvickindo Saxone ori. Is in Galliam adductus est, & Christiana religione à Carolo Magno informatus, atque Andium comes creatus, vel, ut alii putant, ab Othone fratre sui generis posteritatem omnium, quae sunt in Europa, clarissimam & antiquissimam reliquit: Jam enim à Vvickindo anni paulò minus octingenti numerantur. Normannorum & Anglorum principes in Henrico I. desierunt: Andium in Richardo III. Henrici VII. stirps in Edovardo VI. Lancastriarum & Hyororum nulli restant. Scotiae primi reges in Alexandro III. Bruffi in Davide II. Stuarti in Jacobo V. Casilli in Henrico III. Aragonii in Ferdinando I. Sueci, Dani, ac Norvegi in Margarita Valdemari filia. Joan. Bodinus. Methodi. hystor. c. 9.

ACHIMELECH pontifex, ex posteris Eli pontificis, cum suis omnibus ob susceptum Davidem à Saul obruncatus est, & Noba civitas ferro deleta: solus Abjathar Achimelech F. clam cum Ephod Ceilam à Davide confugit. 1. Reg. 22. & Josephi lib. 6. Antiq. c. 13.

SAUL regis primi Judaeorum stirps tota interit. Ipse cum Jonatha filio in monte Gelboe caesus. Isohele F. qui ei in regno successit, altero imperii anno, à suis ducibus in lecto confosus est. Regno ad Davidem delato, duo filii Saul ex Reipha concubina, Arnon & Mephiosele, cum quinque filiis Michol filiae Saul ex Adriel Berzelao, à Gabaoitis in monte crucifixi fuerunt. Solum Mephiosele Jonatha filium David incolunt apud se retinuit, propter foedus cum Jonatha patre ejus in initum. 1. & 2. Regum.

Regia stirps Davidis ab Athalia seclata muliere, Achab F. Joram Judaeorum regis uxore, propè deleta fuit, omnibus Ochozias filii sui liberis caesis, solo Joa infante excepto, quem Josaba Joradae pontificis uxor, filia Joram regis, in templo per sex annos occultavit. 4. Regum 11.

ACHAB Israelitarum regis filii LXX. à Samaritanis jussu Jehu, qui divinitus regnum occupavit, interfecit, eorumque capita in Jezrael ad Jehu in fideles perlata. Jezabel regina praecipua: Joram rex F. Achab & Ochozias Judaeorum rex, à Jehu sagittis confixi sunt. Et sic tota domus Achab, ubi praedixit Elias vates, funditus exiit. 4. Reg. 6. & 10.

JEROBOAM Israelitarum regis filius Nadab, cum universa stirpe à Baasa Isachariano interfecit. 3. Regum 15.

BAASA Isacharianus, regno Israelitarum occupato per xxiv. annos, Eham F. successorem reliquit. At Zababii quadragesimus dux Elam in convivio ebrium interfecit, omnemque illius stirpem funditus deleuit, prout Baasa Jehu vates praedixerat. Libro tertio Regum, cap. 16.

AMAN Amalchita cum omnes Judaeos, edicto regio, una die ubique terrarum extendere decrevisset, ob id unum, quod à Mardochoo Judaeo non fuisset adoratus: detecta ejus malevolentia per Esther reginam, ipse cum decem filiis in eam, quam Mardochoo paraverat, crucem sublatus est. Historia Esther, & Josephus lib. 11. c. 6.

HISTORICA.

Perfis Artaxerxes Ochus imperabat, populis suis ob mores truces & sanguinarios parum acceptus. Eum Bagoas militum mille praefectus, spado, per medicum, data potionem medicata, interemit; filiumque regis iuniorem Arsem in regnum intravit, ejus fratris sublatus à Neolo. Jam vero adolescente rege cum palam esset, de tot flagitiorum auctore poenas eum sum-

pturum esse, Bagoas, insidiarum sibi inventarum praetextu, Arsem, qui jam annis tertium regnabat, cum omni prole interfecit. Cum nullus superesset, qui regnum per successorem deberet, eumchus unum ex amicis, cui Dario erat nomen, regem fieri curavit, Arsan, qui Ocho regis frater fuerat, filium. Ceterum cum in conluendum patricidia committendi venisset, Darium eum veneno aggredi coepit. Ad dolo cognito, rex comiter ad se Bagoam invitavit, poculum in se paratum eum ebibere coegit. Diad. lib. 17.

APHAREUS, Perieris Aoli Gorgophonis filiae Persei F. rex Messeniunum, filios habuit Idam & Lynceum: quorum hic quidem à Polluce occisus, ille vero fulmine ictus fuit; & sic regnum ab Apharei filius ad Nestorem Nelei filium delatum. Pausanias in Messenicis.

LYCURGUS Spartanorum legislator, unicum filium habuit, Antiorum nomine, in quo genus defecit. Plut. in ejus vita.

GLAUCUS Epicydidi F. cum à Milefo hospite magnam auri summam depositi loco accepisset, repetebus defuncto patre filius depositum, negavit primo: sed consulto oraculo Delphico, equique misit teritris, Milefos hospitibus pecunias restituit. Nihilominus tamen ob id soboles & familia ejus ex Sparta radicibus extrixit. Herod. lib. 6.

PTOLEMAEUS Lagi F. Cypris urbibus imperans, de occultis Nicolae Paphiorum regis cum Antigono amicitia certior factus, Argaeum & Callitarem cum mandatis misit, ut Nicolae de medio tollerent. Hi à Menelao duce militibus accceptis, Nicolae domum circumfūdient, eumque ad necem populant. Ipse ad diluenda crimina fere convertens, ubi nullam audientiam sibi concedi vidit, seipsum occidit. Astiocha ejus conjugis filias virgines adhuc peremit, ne quis hostium illi proterere: atque Nicolae fratrum uxores una secum morti induxit, est illis Ptolemaeus impuniter concessit. Regia tam inexpectatis funestata caedibus, Nicolae fratres oculis adium foribus eas incendiderunt, ac sibi ipse mortem consciverunt. Hoc pacto Paphiorum regia familia funditis interit. Diad. lib. 10.

ALEXANDRO regi Epiri fuit uxor & soror Olympias, Pyrrhi Epirotarum regis filia, enixaque ex eo erat virilis stirps Pyrrhum & Ptolemaeus, alterius sexus Pythiam, quam Demetrius junior sibi matrimonio junxit. Mortuo marito, tradidit regnum filii Olympias: & jam Pyrrho majore nato defuncto, Ptolemaeus, cum in Aetolis infestum agmen ageret, gravi morbo correptus, defunctus est. Nec Olympias diu supervixit. Supererat ex regia stirpe Neris & Laodamia ex Olympiade & Alexandro genitae. Quarum Neris Geloni Hieronis Syracusani filio nupsit. Altera quae ad Aram Dianae conflugeret, incursum populii interfecta est. Laodamiae cadem tota gens fame postea & intestina discordia lusse dicitur. Milo, qui eam interemit, subito furore captus, nunc ferro, nunc lapidibus in semetipsum saeviens, duodecimo patricidiis die extinctus est. Sic Aecidarum stirps perit. Sah. lib. 1. En. 5.

HIERONYMO Syraculanorum tyranno, Gelonis F. Hieronis, qui primus rex dictus est, nepote, à conjuratis occiso, civitati libertas restituta est: quam tamen Hippocrates & Epicysturbare sunt aggressi. Hi optimates ad transfugas Romanorum & milites criminando, quod Syraculis per peccem libertatis R. Pop. traderent, Andronodoro ad novatum return studium revocato, eò rem traxerunt, ut senatus Aristonem judicium indicio, de iis quae parabantur, certior factus, Andronodorum, qui Demaratam, & Themiaticum, qui Harmoniam Gelonis filiam uxorem duxerat, in curia occiderent. Erat Ariston tragediarum actor, qui Andronodoro & aliorum consilium sibi ab Harmonia crederetur, quia contra partem esset mirum, occultare nefas duxit. Multitudo, quae ante curiam stabat, audita caedis causa (ut sua est natura insolens, quae aut humiliter reverit, aut nimis superbe dominatur) praetoris rogationem, ut omnis regia progenies exterminaretur, penè prius sciant, quam vulgaretur. Tum percussoribus missis, Demarat & Harmenalia sunt interfecta. Erat & Heraclea altera Hieronis filia, cupis vir Solippus, Hieronymi tyrannidem fugiens, voluntarium sibi exitum consciverat. Haec ubi eos, qui ad caedem missi fuerant, adesse sensit, in sacrum ad Penates confugit. Secuta sunt Heracleam duae virgines filiae: ibi multum atque diu per patris Hieronis, & Gelonis fratris manes precata est, ne eum Hieronymo, e quo regno nihil praeter viri exitum haberet, confingere sinerent. Ceterum cum nihil preces & lacrymas adversus destinatum carum prodesse vidit, & jam ferrum in se strigere intuta est, ommissis pro se precibus, ut saltem puellis parceret, orare

Aotare institit. Ceterum dum haec loquitur Heraclea, ab aris distracta interficitur. Filiae velut furore captae, per densos gladios cum impetu & clamore dilapsae, vago totis adibus discursu, post multa vulnera miserabiliter concidunt. Ea caedes adeo indigna visa est multitudini, ut odio in praetores accensa, confectum Epicudem & Hippocratem in Andronodori & Themistii locum praetores creaverit, qui Syraculis occupatis, Romam claudere. Sah. lib. 3. En. 5.

Trecenti sex Fabii bello Veniente suscepto, ad Cremeram fl. hostium insidiis circumventi sunt, & ad unum trucidati. Proximum fabulae est, quod quidam ajunt, ex tam numerosa nuper gente unum dumtaxat superstitem fuisse, eaque sola stirpe Fabiam gentem, maximum populo Romano dubiis olim rebus futurum auxilium, reparari contigisse. Dionysius ex tribus fratribus, Casone, Marco & Quinto, qui septem continous consulatus gessere, filium propè puberem Marci relictum prodidit: nec aliam ex his sobolem superstitem fuisse. Et quia in illustrissima totius gentis domo (quam aliquo multae essent) unum dumtaxat relicto diceretur, idcirco factum suspicatur, ut qui rem non altius perenderent, de universa gente id proditum falso arbitrati sint. Nemo ulla erit rem alioqui imperitus, qui non videat, haud fere potuisse, in tanta multitudine gentis, plurimisque cum pueris, tum in cunis adhuc jacentes, domi relicti sint, qui velut uber seminarium gerit aliquo interituro fuerint. Sah. lib. 1. En. 3.

Potitia gens ad aram maximam sacrificare solita, gentili ministerio, Appi Claudii censoris auctoritate, ad publicos servos delegato, quam duodecim familiae essent, intra annum extinctae dicuntur, & in his triginta puberes: Appius ipse caecitate percussus est. Sah. lib. 6. En. 4.

In Scauris, Rom. adnumerantur praecipuae nobilitatis viri: quorum familiam in Scauro Mamero, qui majestatis reus causam dixit, extinctam volunt. Alex. lib. 1. c. 6.

M. MARCELLI, qui gladius populi Rom. contra Hannibalem ductus est, clara fuit progenies, usque ad Marcellum sororis Augusti Octaviae filium, editum ex C. Marcello. Is in adultate sponsus decessit, cum Caesaris filiam non ita priorem in matrimonium duxisset. In cujus honorem & memoriam mater Octavia libothecam dedicavit: Caesar theatrum, quod nomine Marcelli inscripsit. Plut. in Marcello.

HERODES Judaeorum rex, victo & capto Antigono Aristobuli F. quem ad M. Antonium duxerat Sotius Rom. legatus Athenas; veritus, ne asservatus Antigonus, & Romam perducus ab Antonio, apud senatum jure secum contenderet, docens fere regio natum sanguine, Herodem verò plebejum, & quod ipse propter offensum Rom. pop. indignus esset qui regnaret, certè filius eius infans totius regnum debitor: multis pecuniis induxit Antonium, ut Antigonus tolleretur. Quo facto, tum demum Herodes metu liberatus est. Atque ita Assaenorum principatus desit post annum centesimum vicesimum sextum: quae domus illustri fuit, & celebrata propter continuatum in ea gente honorem sacerdotii, facinoraeque Majorum familiae, quibus propugnauerunt Judaeorum temp. Verum haec egregia inestinis seditionibus agitata, amissum imperium. Administratio autem regum pervenit ad Herodem Antipatri filium, plebejo natum genere, & subiecto regibus. Josephi 124. c. ult. Antiq.

HERODIS MAGNI, Judaeorum regis, numerosa soboles intra centum annos tota interit, exemplo memorabili, parentum improbatem etiam in ferros nepotes gravi vindicta reddenda. Josephi 118. c. 7.

PHILIPPI regis Macedoniae everta posteritas fertur ob violatum jus hospitali. Arati namque Sicyonii hospitiis usum, nuntium ejus polluit: qui etiam Aratum ipsum veneno sustulit, & Aratum juniorem ad infantiam redegit. Plut. in Arato.

Progenies Caesarem in Nerone defecit, quod futurum, compluribus quidem signis, sed evidentiis minus duobus apparuit. Liviae olim post Augusti statum nuptias Vejentanum suum revivens, praetervolans aquila, gallinam albam, ramum lauri rostrum tenentem, ita ut rapuerat, dimisit in gremium: cumque nutriti alitem, pangique ramulum placuisset, tanta pullorum soboles provenit, ut hodie quoque ea villa ad Gallinas vocetur: tale verò lauretum, ut triumphatur Caesares inde laeas decerperent, fuit mos triumphantibus, alias confectum eodem loco pangere: & observatum est, sub cuiusque obitum, arborem ab ipso institutam languissem. Ergo novissimo Neronis anno, & sylva omnis exaruit radicibus, & quicquid ibi gallinarum erat, interit: ac subinde taeda de caelo Caesarem aede, capita omni-

bis status simul deciderunt, Augustique sceptrum è manibus B excussum est. Svetonius. Hinc Ausonius: Eneadem generis, qui sextus & ultimus haeres, Polluit, & clausit Julia sacra Nera.

ANTONINORUM familia, à Pio Philosopho, L. Vero, ita illustrata, ut sequentes Imp. Severus, Caracalla, & Macrinus, Diadumenus, Antonini normam, quam Augusti suscipere malent, in impurissimo Heliogabalo Caracalle notho defecit, ad Alexandrum Mammeae F. translato imperio. Cuspinianus.

In Valentiniano juniore, strangulato Arbogaste Cotho, interit Gratianorum proles: fastique faventi caelo visum est, uno velut cursu quatuor eam numerasse Augustos, Valentinianum seniozem, Valentem ejus fratrem, duosque filios Gratianum & Valentinianum. Inter quos tertius fuit ignavissimus, non avo, non patri similis. Moxque ad Theodosium & liberos ejus translatum est imperium, macula prole deficiente. Ex Gratiano enim funario Valentinianus major genitus, duos ex duabus uxoris filios suscepit: Gratianum ex Severa, Valentinianum juniorem ex Justina: de qua quoque Gallam, Gratam, Justamque suscipit. Sed omnes sine liberis fuerunt, praeter Gallam, quae Theodosio nupsit. Idem.

MAURITII Imp. tota stirps deleta à Phoca tyranno, singulari Dei, quam etiam agnovit, vindicta, quam sibisippi & suis avaritia & crudelitate erga XII. M. milium à Caesano captorum, quos totidem aureis redimere potuisset, accessivit. Idem.

JUSTINIANUS minor, five II. Rhinometus, quem alii Justinum III. vocant, filius Constantini IV. fuit, & Anastasiae, ejusque successore: ultimo ex stirpe Heraclii, in quo ejus defecit progenies. Solum enim Heraclio contigit sextum legere stirpis suae Augustum. Idem.

BALDUINUS II. Constantiopolitanus Imp. à Michele Paleologo, tutore Theodori Lascaris florum, imperio exutus est, & Graeci pristinam imperii statum recuperarunt, quem Francis annos jam circiter sexaginta possederant, à Balduino primo, quo numerabatur annus Christi MCC. usque ad eum, quo numerabatur annus MCCCLX. Quasi fato evenisset, ut quemadmodum à Balduino auspiciis regni ceperant, sic in Balduino conciderent. Idem.

ARNOLPHUS filius naturalis fuit Carolomanni regis Bavariae, & ducis Carinthiae, nepos Ludovici senioris regis Germaniae, ex Carentana quadam nobilit concubina. Eum pater Arnolphum, ob memoiam Arnulphi Metensis praefelis, à cuius sancto germine Francorum regum olim prolapsia pullulaverat, appellavit: quod non sine futurorum praesigis accidit. Nam ex Metensi illa regum genealogia secundis successibus, in Carolum usque Magnum, fastigium collocavit: ac deinde variante fortuna, paulatim, tum ex immatura sobolum morte, tum ex conjugum sterilitate diffluxit: in hoc verò manifeste defecit. Filium enim reliquit Ludovicum IV. qui ex Mathilda five Luitgarda Saxonica nullam suscipiens prolem, genealogiam Caroli Magni in Orientali regio clausit: cum tamen per Carolum Simplicem in Occidentali continueretur adhuc longius. Et sicuti ab Arnulpho cepit, ita etiam in Arnulpho desisse videri potest Caroli Magni stirps, quae supra centum annos Occidentis imperium tenuerat, Cuspinianus. Eo namque mortuo, Carolus ejus patrisus, Lotharingae dux, non satis Francis probatus, quod Germanorum Imperii totus fuisset, ut ex Lotharinga in Franciam ad jus regni capessendum venit, obvium eum deleta manu habuit Hugonem Capetium, Magistrum equitum & Franciae comitem, factionis plus justo valide. Ad Laudanum pugna commissa; fortuna viribusque & mortalium studis inferior Carolus, in oppidum propinquum se recepit. Cum obesset eruptione eadem hostium fecisset, novis copiis contra adventantibus actus facta est obfidio. Noctu Alcelini Episcopi civitatis praetore referatis portis, intromissoque Capeto, comprehensus in custodia Aurelianum mittitur. Ita tertium seisma in sollo locatur, haudquaquam Francis penitentendum. Capetus praeterea gravius in Carolum ausus, quam ut perpetua diligentique eum asservaret custodia; ei tamen copiam uxoris tum liberam fecit, ut is liberis sustulterit Ludovicum Carolumque. Sed ii intra pueritiae annos decesserunt. Amilii lib. 3.

CONRADINUS Svevae dux ultimus, de familia Comitum de Hohenstauffen, ac Fridericus dux Austriae, ultimus de familia Leopoldi, à Carolo Comite Andegavensi, Alsture capiti, Neopoli secuti sunt percussus, Ann. D. MCCXXXVIII. Quasi in toto esset, duas infignes Germaniae familias uno die finiri interire. Cuspinianus.

A Margarita uxor Henrici regis, filii Friderici II. Imper. filia Leopoldi ducis Austriae, dicitur Gloriosa, marito & filiis superles ac fratibus, Othocaro filio regis Boemiae nupsit. Ad eam quasi unicum haeredem Austria omnis erat devoluta. Sed quum Othocarus nullam ex ea sobolem susciperet, ea repudiata, Bela regis Hungariae nepem Chunigundam, filiam Rostislai Bulgariae ducis, uxorem accepit, & Margaritam in oppido Austriae Kremps veneno fuitur: unde multa subsequuta sunt bella, & Austria tandem ad familiam Comitum de Habspurg devoluta est. Idem.

In Childerico III. nobilis illa Clodovei Magni stirps defecit. Eum namque gentis Merovingiorum ultimum, quo iure, qua injuria, in clericum attonsum, Stephanus Pontifex regno defecit, & Pipinum Magistrum equitum regem creavit, ut vicissim ejus opera contra Aitulpum Longobardorum regem defenderetur. Amilii lib. 2.

Familia Normannorum, belli pacisque artibus clariss. quae Guiljelmus Fierabraci opera Comitum Apuliae, Roberti Guiljardi fortunidine ducatum Apuliae & Calabriae, regnum quinetiam Siciliae, pulsatis Graecis & Saracenis, 18. annorum spatio, mirabili victoriarum cursu sibi pepererat, in Guiljelmum V. Siciliae & Neapolis regem defecit, quem Henricus VI. Imp. captum castravit, & cum fororibus in Germaniam captivum abduxit. Jam vero Antiochiae principes, a Boemundo Roberti Guiljardi F. sacrum militiam professu, qui Rogerio fratri paterna regna reliquit, partim diuturni fuerunt. Nam Boemundo Boemundus filius successit, qui Constantiam filiam Raimundo Comiti Ponticiensi deposuit, unde natus Boemundus III. qui sine liberis obiit. Collennius lib. 3. hist. Neapol.

OFFA Merciorum rex potentissimus, Egredo filio optimae spei regnum reliquit. Sed is quarto mense expiravit, ne genus in via Deo, ob Ethelberti Orientalium Anglorum regis sanctissimi caedem, perpetuaretur. Polyd. lib. 4.

HUNGUS Pictonum rex moriens Dostorlogio filio regnum reliquit. Eum Egnus frater libidine regnandi interfecit. Egnus uxor Dostorlogii vidua, mariti manes ultura, noctu strangulavit. Hungi familia extincta, Alpino Achati Scotorum regis ex Fergusiana Hungi sorore filio, regnum debere videbatur. Dongallus proinde Scotorum rex pro Alpino per legatos intercedere. Picti peregrinum regem averfati, Feredetho viro magna auctoritate, priusquam legatos audirent, regnum detulerunt: eisdemque rursus venientes, filiis suis intra quatuordecim menses excedere iusserunt. Bello proinde Pictis indidit. Dongallus in Spei fluminis trajectu submersus, Alpino regnum reliquit. Is Feredethum interfecit. A Bruto successore caesus est. Kennethus Alpini F. Pictonum regnum evertit. H. Boethius lib. 10.

VALEMARUS Marchio Brandeburgensis moriens, nec F. nec consanguineum haeredem habuit: cum tamen ante paucos annos novemdecim numerarentur Marchiones Brandeburgi, quorum novissimus fuit Valdemarus. Beneficium ergo Imp. rediit, & primus Ludovicus Ludovici Bavarii Imp. marchionatum aliquandiu administravit: sed fatuus ille (quod in Bavaria mallet agere) Romulo fratri illum permisit. Nec ille diu in eo supervixit. Pervenit igitur principatus ad Othonem quemdam, qui Carolo IV. Imper. Marchiam omnem vendidit vili pretio pro oppidis Lanke & Hesprinck cum subiecto territorio, non longe a Nuremberga. Crantzins lib. 9. Saxonia. cap. 34.

Nobilissima stirps Carrariensium principum Patavinorum, cum Jacobus minor Marfilium Papasvium cognatum suum libidine regnandi interfecisset, in filio ejus Francisco seniore desicere cepit. Nam Franciscus Tarvisium Venetis cessit. Franciscus Novellus filius Patavium Venetis dedit. Pater infelix a Galeacio, ad quem confugerat, in carcere necatus est. Filius qui Patavium interea receperat, bello contra Venetos temere susceperat, ob Vicentiam affectatam, caprus, in carcere Venetis cum duobus filiis noctu necatus, an. 1406. Albertus filius Florentiae praeferebat. Marfilium apud Philippum Mariam Vicecomitem educatus, tentato temere, reditu, proclitus, securi in foro Veneto percussus est. Erafm. 73. ann. spatio imperium toti Italiae formidabile defecit. Bern. Scard. lib. 3. classe 13. hist. Pat. Hic Carrariensium finis fuit, qui omnia terrore & minis complebant: & quibus non satis erat nobilissima urbis principatus, nisi Venetorum arma, per quos principum normen olim eorum majores adepti essent (nam Marfilio Carrariensi Veneti Patavium Scalano ad-

emptum commiserant, & Novellum ipsam Galeacii Vicecomitis armis pressum, in integrum restitutum) temerario in bello irrassent. Aliquot post annis Marfilius, Vicecomitis subsidio clam Patavium recepturus, mercatoris habitu in Vicentino agro captus, & cum xx. Patavinis foecis conjunctionis, Venetis necatus est. Sabel. lib. 8. Dec. 2. & lib. 3. Dec. 3.

Circa annum Christi 1494. Tiferni Vitellorum nomen clarum erit, atque illustre. Sed ea vox mox, quo multos simul duces insigni gloria tulerat, miserabili eorum interitu, funesta atque infelix fuit. Jovius lib. 1. Historiarum.

In Italia passim illustrium familiarum decus, aut interisse, aut amisso principatu, defecisse videmus. Montisferratensis enim familia Imperatorii sanguinis a stirpe interit, quae omnium nobilissima censetur. Turrani bello pulsi, & Vicecomites demum Philippo mortuo Mediolani principatum amisunt. Scaligeros & Carrarienses oblivio delevit. Aragoniorum regnum Neapoli ad pronepotes non pervenit. Sfortiani paucis annis ad unum fato functi, externis regnum reliquerunt. Gonzaga Mantuani a Passafino interfecit, vix ducentos Imperii Principi annos enumerant. Sanseverini, qui in Brutis & Picentibus late dominantur, spe proles propere defuturi, nequaquam alius quam a Guiljardo Tancredo nobilitatem suam repetunt. Malatestarum soboles, amisso principatu, a virtute amplitudineque majorum degeneravit. Malaspinæ antiquitatis clari, divitiis & valde extenuata stirpe, infimam vicibus antiquum decus agerrime tueritur. Liberarum vero civitatum familiae, in primisque Romani sanguinis, nequaquam a principatu atque opibus, sed a majorum suorum virtute nobilitatis famam quaerunt. Itaque uni omnium Arestini, qui Etheneses imperite vocantur (ut liquidò constat) perpetua aequa incorrupta stirpis serie, quod summae felicitatis fuit, incolunt principatum, verum mutato dignitatis titulo, ad hanc usque exatam proleventur, quum Marchiones aliquandiu, & demum Caesares atque Pontificis auctoritate Ferrariae Duces appellati sint. Jovius in Alfonso Arestino.

GUILJELMUS Conqueritoris Angliae regis stirps in Henrico I. defecit. Hic enim cum Mathildem Edgari regis Scotorum forem, monacham, invitam duxisset, & puella vixit sibi votum virginitali violandum esse, omnibus precebus dictur execrata prolem, si qua ex eo oriretur. Nec votum irritum fuit: Guiljelmus enim Normaniae dux ex ea genuit, & Richardus, cum Maria sorore, ex Normannia in Angliam navigantes, in mari perierunt. Polyd. lib. 11.

Mortuo Ladislao rege, ad tantam orbitatem Pannoniae & Boemiae regna redacta fuerunt, ut e nobilissimo altissimoque genere ad mediocriter fortunatum munus abjolverent. Hoc ad Georg. Pogibrachium, quem nulla majorem stemmatum decorabant: ad Matthiam Corvinum illud, cuius olim genus ab urbe Roma oriundum, veritate jam exoleverat, & in Valachia a Barbaris obrutum, ad obscuritatem pervenerat. Bonfinius lib. 8. Dec. 4.

ALEXANDRO III. Scotorum regi Joana, Joannis Anglorum regis F. nupta, sterili obiit. Maria inde Comitissa ducta, ex ea suscepit Alexandrum, Davidem & Margaritam, quum Magno Norvegiarum regi deposidit. Mortem Mariae David filius statim secutus est. De successo igitur sollicitus, Alexandro F. comitis Flandriae filiam conjugit. Obiit non multo post Alexander absque liberis: Margarita inque unica filiola relicta. Alexander ergo rex tertiam uxorem, Joannam Campaniam Comitissam F. duxit. Vix anno elapso, dum eorum ferocentem juvenitatem agit, cervicem fregit, ideoque in eo regia stirps a Malcolm II. defecit. H. Boeth. lib. 13.

JACOBUS V. Scotorum rex, Gallis antiquo jure federatus, acutiorque a Francico gener, florenti corporis specie insignis (veneno, an fato suo incertum) subito morte correptus interit, anno Sal. 1542. defecitque in eo Stuardae familiae generosa progenies, quae a Roberto rege, eodem nomine quinque Jacobos reges, non interitum stirpis serie, tulerat. Sed occulta & admirabili morte id regium decus singulari maxime funestum fuit: primo scilicet a conjuratis in conclavi trucidato, secundoque demum distracti tormenti, dum id probaretur, violentia discerpto, quum mox tertium patricidii filius iusta aequa ad Sterlingum occiderit, ut in demum ordine quartus, ab Anglis ad Flodden praelio caesus fuerit, quintoque filio edem infantibus domus damnata regni haereditas pararetur. Sabel. supplementum 1. 24. ex Jovio.

A FAMILIA RECTA INSTITUTIO. MORES. CURA.

Qualem familiam viri magni habere debent, aperte ostendit S. Carolus Borromaeus in epistola ad Batorum Cardinalem. Curabis, inquit, familiam castam; nec patietis inter domesticos tuos quempiam vivere, cujus modo non impudica sint facta, sed cuius etiam non sint verba & mores admodum pudici; habeatque domi probate virtutis viros, qui in hanc rem invigilent, & qui te crebro de domesticorum vita commonefaciant. Modestia in verbis & cultu corporis cernatur. Insuper curabis, ut iuramenta a familia tua abfint, turpes sermones, scurriles loci, convicia, contumeliae, & omnium verborum genera, quae alios ledant, inter tuos nec dici, nec audiri fines. Vestimenta autem effe decens esse poterit, cavebis tamen, ut a familia vitia Ecclesiasticae procul sitis corporis ornatus, quo milites, & profani juvenes tui solent: hoc enim & gravitatem redolet, & in illis ipsis quamdam majoris modestiae necessitatem imponit, & magis etiam disconvenit Cardinali. Ut enim dedecet profano Principi clericos clericali habitu fanulari; sic indecorum videretur, si laici in habitu saeculari ministrarent. Hieronymus Platius lib. de Cardinali dignitate 23. & Thesaurus politic. Aphorism. lib. 5. c. 1.

In cura domesticorum corporibus ac liberalitate impendenda plurimum eniuit, ut & in caeteris, S. Caroli Borromaei virtus, quem scimus, idque adhuc traditum ejus intimi, amasse suos omnes, non ut servos, sed ut filios & fratres, & largè suppeditasse, quae oportebat, quum etiam, quanquam nollet ab ullo sibi serviri (sive ullis beneficii ecclesiastici, omnium tamen merito pro ratione personarum, atque pro meritis cumulatè remunerabatur. Insuper etiam consueverat, quotquot domi habebat, alloqui, interdum etiam cum singulis colloqui, etiam infimis, atque ex iplo stabulo, aut coquina, ut resiceret, quomodo tractarentur, & an alicui foret injuria. Et quamvis in seipsum admodum severus esset, in famulos tamen omnem moderationem tenebat. Itaque cum nocte ad sua studia surgebat, ne cuiquam onerosus foret, ispelem mani sua lumen petebat ex lampade, quam ob hanc ipsam causam in suo cubiculo ardere perpetuo volebat. Ipe quoque, cum maturum erat, anagnostae lumen deferrebat; sed silentio, ne dormientem excitaret, ut cum per se expergeretur, accensam inveniret lucernam. Idem etiam, cum alius suorum agrotaret, jubebat eum omnino quam diligentissimè curari; eique munerit certos homines peritos, & charitate flagrantem praeferebat, ac subinde ab aliis familiis visitari volebat, & ispelem etiam visitabat, non solum nobilitatis, sed & infimos, tanta comitate, & suavitate, ut nemo esset, qui non illa domini sui humanitas morbum levare videretur. Idem ibidem.

DAVID Pictorum sive Scotorum Rex, tanta prudentia fuit in gubernanda aula sua, ut quod apud omnes corruptissimum est, quoque omne vitiorum genus fecat, cura sua & exemplo non modo purgavit, sed & aperte prohibuit flagitia, sed etiam in omne genus eorum virtutum exercuerit. Non illic impudicum verbum ullum ex ore cuiusquam manducatum apparebat: nulla in domum corruptela unquam admiffa, nemo flagitiosus illic deliterere poterit. Casta ac pura ubique omnium oratio, extra sermonem familiare nil nisi pium inter se conferentium. Sobria & continens vita omnis conversatio, nulla unquam rixae, nulla quarelae: mutuo inter se omnes vel fratres amore prosequantur, mutua inter se officia comiter deferant. Itaque non monasterium ullum tanta concordia, tantaque religione conspirat, ut illius familiae regia, charitatis vinculis atque reliquis omnibus virtutibus connecta devinctaque spectabatur. Helictor. Boetius lib. 1. 2. histor. Scotor.

PITUS V. familiam suam magno studio reformabat, quod sciret, inde exempla manare ad Ecclesiasticos omnes, ut ipsi quoque fe suisque ad ipsius exemplum componerent. Sacerdotes ut minimum ter in hebdomada sacrificium facerent; caeteri, praesertim Diaconi & Subdiaconi, saltem decimo quinto quoque die diaconatorem, edixit: Sacris ordinibus initiatos, ad Ecclesiae proventus percipientes, habitum jubebat ferre clericalem atque tonsuram; nec vestes habere, nisi ex lana simpliciter abique ullo ferico. Aulicos suos omnes, ne otio tempus male perderent, jubebat sacre lectioni, quam ter in hebdomada sacri Palatii Magister haberet, interesse. Fiebant etiam in aula praedicationes philosophicae. Non paucos suis scriptorum Ecclesiasticorum libros dabat, ut iis legendis, dum Pontificem

vicissim observant, tempus utiliter transigerent. Nihil in suorum moribus, habitu, colloquiis, & tota denique vivendi ratione vitiosum, & quod pravi esset exempli, tolerabat. Praefecto custodiae corporis sui mandabat, daret operam, ut milites sui tranquille & sine insolentia viverent. Impudicas mulieres publico edicto ab urbe expelli jubebat; & ne quis ex iis qui Romae degunt, hospitia publica & cauponas urbis comperandi gratia adiret, nec quaquam in iis ludere sineretur. Eo edicto multa flagitia & peccata refecata sunt. Familiam denique ejusmodi se habere velle dicebat, quae & vita & habitu caeteris exemplo esset; nec tam multorum numerum, aut cultum corporis, quam virtutem & integritatem sibi spectandam statuebat. Laur. Sur. in Chron. an. Dom. 1566.

S. VVOLSTANUS VVgorniensis Episcopus disciplinam domesticam, tam in Laicis, quam in Clericis, severissime exercebat. Legem staterat, ut omnes tam Milia, quam alii Horis omnibus interessent. Custodes ad hoc constituebat, ut nullum impunè ridere sinerent; alioqui aut potu eo die carebat, aut palma ictum ferule excipiebat. Laicum nullum è domesticis quodquam misit, qui non preces septies in die dicendas injungeret; hoc asserens, ut sicut Clerici septem horas, ita Laici septem orationes Deo libarent. Si quis ante ipsum juraret, statim ferula vindicta sequebatur. Indignè admodum ferebat, si quis coram eo aliorum vitam roderet, vel mores carperet; quoniam hoc summae malitiae deputabat. Bvatonius monachus in vita ejus cap. 8. apud Svarium 19. Januarii.

Id ea praestabat Judex ille, de quo in primo vitae sanctorum Patrum scribitur, quod cum abbas Paphnutius vit vit Angelliae Deum rogasset intendere, ut ei dignearetur offendere, cui similis esset; astuit ei Angelus Domini dicens: Similis es primario, id est, iudici vicillius. Quo audito, perrexit ad eum Paphnutius, & interrogavit, quae esset conversatio ejus. Quo de se humilia respondente, institit Paphnutius, donec secuta sua aperiret; sicque inter caetera fitebatur: Tringina annis cum uxore mea continenter penitus vixi. Peregrinos & pauperes semper suscepi, nec eos sine viatico abire permisi. Famulos meos sic rexi, ut nemo mortalium eos reprehendere poterit. In iudicando, nec filii mei personam contra aequitatem suscepi. Semper studui in vita mea, ut neminem injustè contristarem: discordes semper studui concordare. Dionys. Carthusian. lib. 2. de doctrina vite Christian. cap. 4.

DELEZARIO Comite Ariano ita in vita ejus scriptum legitur, adeo fuisse severum in disciplina familiae, ut aperte diceret: nolle quemquam suo pane vesci, quem mortali peccato implicarum sciret; idque exequerebatur: statim enim expellebat, quem cognorat turpe aliquid admiffisse. Multas etiam leges praescriperat, quas ab omnibus volebat servari; & hanc inter alias, ut omnes aulici, ac milites quoque, quos domi habebat, singulis hebdomadis peccata confessione expiant. Blasphemias autem, in vè sacramento leviter ac temere pronuntata, nullo modo tolerabat. Quin etiam laxaret, ne quisquam alterum offenderet: quod si faceret, statim in gratiam rediret; volebatque omnes in summa pace & concordia degere. In vita ejus apud Svarium 27. Septembris c. 18.

Mulier quaedam Christiana nomine, jam annos supra septem profluvium pariebatur sanguinis; contumacialis vir ejus, ut quia anxiam ageret curam pro ejus curatione, multa jam in sum pserat in medicos, nec quicquam evaluit efficere. Eadem cum audisset, quae per B. Joannem Chrysoftom. Deus edidisset signa, obiectabat virum suum, ut fe traduceret ad illum crederet enim, tamen si sum indigna, quae cernam Anglicam ejus effigiem; at certe novi, quia non me a fe rejecit, neque abominabitur me peccatricem, exemplum imitans communis omnium Domini, qui a fe nequaquam dispulit simili vitu obnoxiam, sed tactu sumbrae vestimenti sui sanitati restituit. Hujus igitur vir cum jumento imposuisset, ducit ad monasterium; & relicta ea extra januam, unà cum ipsius comibus ingressus ad Joannem, projecit ad pedes ejus, dicens: Pater, auxilio sis nobis apud Deum. His dictis, causam exposuit adventus. Tum Joannes, excitatione facta de tanta potestate sibi data, & allatis causis, cur Deus homines percutiat, dixit: Dic uxori tuae, finem ut imponat impudenti suae voluntati; desinat a praefracta & contumacia temeritate, qua erga ancillas suas usa est, agnoscens se esse ejusdem cum eis naturae, & ex eadè conpensione sine mafsa condita, tamen in presenti vita domina cari vocetur; haec omnia demolitur ac dissolvit, factaque repentina impressione utramque (dominam & ancillam) exaequat. Dic rursus, ut sedulo

A. *Taut' Eyo, aot' Eporov, qd' Epelepeca, qd' m' Eporov*
Tip' Etabov.
Hec habeo, quæ edī, quæque exaturat a volutras
Hæstis: hoc ex oppoſito ſcripſit:
Taut' Eyo, aot' Etabov, qd' Eporovca, & ſerā Mæron
ſiut' idū.
Hec habeo, quæ commemo doctusque magiſtris
Cognovi Muſi præclara. Plu. de laude ſuipſius.

Moris erat equitum Rom. ſiquando legitimum tempus ſtēdiorum expleviſſent, ut equum in foro ad cenſores adducerent, recentitque ſingulis expeditionibus & imperatoribus, ſub quibus meruiſſent, honorem aut notam pro meritis confequerentur. CN. Pompejus autem conſulatu fungens, equum ipſe deduxit in forum ad cenſores Gellium & Lentulum. Quibus de more interrogatis, eequid omnia ſtipendia impleſſet? Omnia, inſit, ſub meipſo Imperatore. *Plu. in Apoph.*

CICERO fatebatur, optima & ſumma conſilia ſua, quibus falubriter conſil inſtens patriam ſervavit, cum P. Nigidio philoſopho inſiſſe. *Plu. an Seni Traſtandæ reſpubl.*

D. BERNARDUS ſemetipſum accusaſſe fertur, quod dum crebris jejuniis corpus in ſervitutem redigere conatur, illius temperiam & vigorem corrupendo, animæ functionibus ſuum quodammodo organum ſubtraxerit. Nam quum ſe non ſibi, ſed aliis vivere debere intelligeret, conſonando, cohortando, conſolando, & ad ea pietatis officia corporis miniſterio opus eſſe videret: reprehendit tandem, ſic corpori eſſe indulgendum, ſic eidem detrahendum, ne animi interim operationes vel deliciis ſuffocentur, vel auſteritate nimia opprimantur. *Auct' vitæ.*

FERCHARDUS II. Rex Scotorum LIV. vir in omni ſcelerum genere iniquiſſimus, vini æque ac pecuniæ inſexplebilis, crudelis in homines, impius in Deum, uxorem jugulavit, filias ſtupravit, Colmanni admonitiones nihil ſenti. Inter venandum a lupo vulneratus, in febrim incidit. Cum a ſolita intemperantia non abſtineret, morbo pediculari corpus exedente gravatus fuit, in quo exclamaſſe fertur: merito ſibi hæc evenire, qui bene monentem Colmannum non auſiſſet: agnoſcit errore, & Colmanno conſolante, in publicum ſe vili veſte indutum, in leſtica prociſori juſſit, ac palam ſua ſœclera ſaſtus interiti. *A. C. 603. H. Hennigens in Geneal.*

JOAN. ZILCO Huſtitarum dux invictus, moriens, Thaboritas juſſit poſt mortem ſuam ſibi pellem detrabere in uſum tympani, quo in acie uterentur, ad terrendos ſtrepitū illius hoſtes, præcipue Germanos. Sepultus eſt Cziaslavie, ubi adhuc monumentum ejus oſtenditur. *Dubravius 126.*

NON FATERI.

Conſule Tit. Diſſimulationis. Ex loco item Tolerantia tormentorum, quedam.

ANTALCIDAS SPARTANUS, cum Samoſtracæ initiaretur, interrogatus a ſacerdote, quod in vita graviffimum piaculum admiffiſſet? Si quid ego concepiffi tale, ſcient, inquit, ipſi dii. *Plu. arch. in Apophib.*

STOICÆ ACCEPTIŒNIS ETYMOLOG. DIVISIO, ET DEFINITIO.

Fatum a ſando dicitur, *επιφανης* Græcè, & aliquando ſignificat oraculum, id eſt, quod dii fantur: aliquando pro morte accipitur, qua nihil homini magis certum & neceſſarium. Alias ſignificationes ſuggerent ſubjectæ ſententiæ.

D. Fatum quadruplex. 1. *Mathematicum*, quod ligat & neceſſit firmiter actiones omnes eventuales ad vim ſiderum & poſtitarum ſtellarum. 2. *Naturale*, Ordo cauſarum naturalium, quæ niſi impediatur vi & natura ſua, certum, eundemque productum effectum. 3. *Violentum*, Stoicum nempe & Poeticum, quod Seneca deſinit neceſſitatem rerum omnium actionumque, quam nulla vis rumpat; Deum ipſum & actiones omnes internas, & noſtras voluntates huic fati ſubjiciens. 4. *Verum*, eſt pendens à divino conſilio ſeries ordoque cauſarum: Vel, Inherens rebus immobilibus immobilibus Providentiæ decretum, quod ſingula ſuo ordine, loco, tempore, firmiter reddit. Prior veri fati definitio eſt planè Theologica. De quadruplici illo fati veteres & neoterici multa tradunt. Summam proponit J. Lipſius, *l. 1. de Conſtantia*, c. 17. & 18. Vide Auguſt. *lib. 5. de civit. c. 9. & Tit. Providentiæ.*

SENTENTIÆ Variorum de fatis. *Philoſophorum & Hiſtoricorum.*

Fatalia neceſſario ſerenda ſunt: fortiter autem ea, quæ hoſes faciunt. *T. Bucydr. lib. 25.*
 Fati vim eſſigere, nulla poſſunt homines ratione. *Pauli.*

Hominum plerumque in rebus præclare gerendis alacritatem, nihilo fore minus fatum, quam calculus fluviatorum limitibus obruit. *Idem 14.*

Fatum eſt inevitabile. *Curtius 1.4.*

Equidem æterna conſtitutione crediderim, nexumque cauſarum latentium, & multo ante deſtinatarum, ſuum quemque ordinem immutabili lege percurrere. *Idem 1.5.*

Incluctibilis fororum vis cujuſcumque fortunam mutare conſtituit, conſilia corrumpit. *Vell. Paterc. c. 12.*

Prævalent ſata conſilios, omnemque humanæ mentis aciem perſtrungunt: quippe ita fe res habet, ut plerumque qui fortunam mutaturus eſt, conſilia corrumpat, efficiatque quod miſerimum eſt, ut quod accidit, etiam merito accidiſſe videatur, & caſus in culpam tranſeat. *Idem eo lib.*

Manum inſectantibus ſatis, ſolent hebetari ſenſus hominum & obrundi. *Anm. Marcell. 14.*

Arduum fatalia dixerent, eoque futuri notio ſuperſta. *Au. rel. Viſtor. l. de Caſarib.*

Fatorum vis prudentiam humanam ſuperat. *Nice. Acem. ſſai. Angel.*

Dubitare cogor, an fato & forte naſcendi, ut cætera, ita principum inclinatio in hoſ, offenſio in illoſam fit aliquid in noſtris conſiliis, liceatque inter abruptam conuaciam & deforme obſequium pergere iter ambitione ac periculis vacuum. *T. acit. Annal. 1.4.*

Mihi in incerto judicium eſt, fatone res immortalium, & neceſſitate immutabilis, an forte volvatur: quippe lapientiſſimo ſ veterum, qui que ſecum eorum amulantur, diverſos reperies: ac multis inſitam opinionem, non initia noſtri, non ſinem, non denique homines diſis cure. Ideo creberrima & triſtia in bonos, læta apud deterioris eſt. Contra alii, fatum quidem conſtingere reb. putant, ſed non a vagis ſtellis, verum apud principia & nexuſ naturalium cauſarum; ac tamē electionem vitæ nobis relinquunt: quam ubi elegeris, certum imminentiſſimo ordini neque mala vel bona, que vulgus putat: multos qui conſultari adverſis videantur, beatos ac plerique, quandoquæ magnas per opes, miſerimos: ſi illi gravem fortunam conſtantem tolerant, hi proſpera inconſultè utantur. Cæterum plurimos mortalium non eximi, quin primo cujuſque ortu ventura deſinentur: ſed quadam ſecus quam diſta ſunt, cadere ſalacis ignata dicentium. *Idem Annal. lib. 6.*

POETARUM.

*Regitur fatis mortale genus,
 Nec ſibi quiſquam ſpondere poteſt
 Firmum & ſtabile: perque caſus.
 Volvitur variis, ſemper nobis
 Mutanda dies. Seneca.*

Mitto, quod certum eſt, & inevitabile fatum. Manilz.
*Solvite mortales animos, curaque levate,
 Totque ſupero acus vitam deſete querelis.*
*Fata regunt orbem, certa ſtant omnia lege,
 Longaque per certos ſignantur tempora curſus.
 Naſcentes morimur, ſiniſque ab origine pendet.
 Tunc & opes & regna ſunt, & ſepis orta
 Paupertas, artesque dati, moreſque creati,
 Et vitia & cladis, damna & compendia vite:
 Nemo caret damno, poterit nec habere negatum,
 Fortunamque ſuis inviam perdere votis,
 Auſugere inſtantem, ſors eſt ſua cuique ſerenda.
 At niſi ſata darent leges vitæque neceſſique,
 Fiſſent ignes Enæam: Troja ſub uno
 Non everſa viro ſatis viciffet in ipſis.*

*Ant lupâ projecto nutriſſet Martia fratres,
 Romaque ſic enata foret, peccandoque magiſtri*
*In Caputolmio auxiffent culmina montis:
 Incluſivæ ſua poiſiſſet lapiter arce
 Captus, vel capti hic orbis foret: igne ſepulto,
 Vulneribus viſtor reperiffet. Mæcius urbem,
 Solus & oppoſiti auſiffet Floratius armis,
 Pontem urbenque ſumit, ruſſet ſadæra virgo,
 Treſque ſub ſummo ſtrates virtute ſacerent.*
*Nulla acies tunc eviſit, pendebat ab uno
 Roma viro, regnumque orbis ſortitæ jacebat. Idem 4.*
*Fatis agimur, credite ſatis,
 Non ſollicitè poſſunt cura
 Mutare rati ſtamina ſuſi.*
*Quidquid patimur mortale genus,
 Quidquid facimus, venit ex alto, &c. Seneca in Oedip.*

APOPHTHEGMATA.

THALES interrogatus, quid in tota rerum natura eſſet rotuſtiſſim.

A buſtiſſimum: reſpondit, Fatum: cuncta enim ſuperat. *Laerti. lib. 1. c. 1.*

SOLON dicebat, Fatum mortalibus adducere mala ſimul & bona. *Stob. ſerm. 9.* Sacra autem Philoſophia aſſerit, mala ex peccato, bona ex Dei gratia oriri.

VESPASIANUS, quam à duobus clariffimi ordinis eſſet in ipſum conſutatam, ac facinus eo proceſſiſſet, ut jam inſiciari non poſſent, deduxit illis in ſpectaculum, atque inter illos medicos conſediſſet ac petitis de induſtria mirillionum gladiis, velut exploraturus aciem, unum uni, & alterum alteri commiſiſſit, tantquam provocans ad id, quod moliebantur. Illis autem percuffiſſis, & animi præſentiam admittantibus: Videtiſſe, inquit, principatum fato dari, fruſtrata tentari facinus potiundi ſpe, vel amittendi metu: *Eraſ. lib. 8. apoph.*

ASCLETARIO Mathematicus à Domitiano Imperatore interrogatus, quis exitus vite ipſum expectaret? affirmavit fore, ut brevilaceretur à canibus. Domitianus igitur eſt veſtigio interficillium imperat, atque accuratiſſime ſepelitur, ad artis deſertionem. Sed repentina tempeſtate deſectō ſuere, ſemiunctum cadaver canes diſcerperunt. *Bry. l. 2. c. 38.*

COSMUS Flor. Dix. Alphonſo Aragonum regi malè pacatus, vir aliqui magnus & illuſtris, cum Alphonſo dono miſerret B. Tit. Livil libros utique præclaros, reclamatum eſt à medicis, qui adertant, ne per immortalē Deos librum attreret, ab hoſte miſſum, veneni ſuſpectum. Rex prima facie vius eſt medicis aſſentiri, illis animo illudens. Nam cum Livius in medio conſtitus eſſet, illum manibus accepit, legit & evolvit. Subinde medicos, qui continuo advertebantur, rogans, ut deſerent inſectare. Regum quidem animas non privatorum libidini ſubjectas eſſe, ſed ſub Dei cura, & tutela factas lætæque agere, inquitens. *Panor. lib. 6. de reb. reſiſ. Alphonſi.*

MINUTIUS Felix dicebat, Fatum niſi eſt aliud, quam id quod eſt: unumque noſtrum facturus eſt Deu. Imò & de rebus omnibus, que fuerunt, ſunt, & erunt. Qui enim omnia fecit, tantquam auriga peritum currum hunc mundi dirigit, aligans ne incompoſitè ſeratur.

VERA FATI EXPLICATION ET DEFINITIO.

Nomine Fati veſtuſis olim abuſa eſt, Chriſtiani melius uſi, licet & ab ipſa voce abortirent illorum plerique. Definunt illi eum, pendentem à divino conſilio ſeriem ordinemque cauſarum. Sive cum Lipſio *l. 1. de conſtantia c. 19.* Inherens reb. mobilibus immobile providentiæ decretum, quod ſingula ſuo tempore, loco, ordine, firmiter reddit, Theologi tamen cum providentia miſcent, re & voce. Scripturæ de fato *S. Aug. lib. 5. de civit. cap. 9. & iſidor. Orig. 8. ul.* & libellum peculiarem *T. B. Aug.*

DISTINCTIO A FATO STOICORUM.

Stoici Fato violentiam & neceſſitatem dabant, libertatis noſtræ & voluntatis deſtructorum. Deum ipſum Fato ſubjicebāt, ſic ut Jupiter ædud Homerum, cum maxime vellet, Sarpedonem filium eripere non poſſet, neque Semelem apud Ovidiam à fulmine, neque Phaetonem à promiſſo ſolis curriculo liberare. Chriſtiani Fatum Deo tantquam liberissimo & potentiffimo rerum omnium authori ſubjiciunt, cuius voluntati & potentia nemo reſiſtere poteſt, & ſub quo curvantur qui portant orbem. *Secundò*, ab æterno fluentem naturalium cauſarum fluxum illi commiſſeſcebantur: nos nec naturalium cauſarum ſemper, multa enim & ſupra & præter naturam, imò & contra eam Deus producit, upotè omnium miraculorum & ſons & cauſane ab æterno, quia cauſa, quas ſecundas philoſophi dicunt, æternæ non ſunt. *Tertiò*, illi *περιεργον* ſuſtulerunt è rebus: nos id reddimus, & quando cauſa ſecunda tales ſunt, contingens fortuitumque in rebus admitimus. *Quarto*, voluntati noſtræ, que libera eſt, & poteſtatem habet hoc præ illo eligendi, amplectendi, repudiandi, vim interfecat. Nos eam non agnoſcimus, & cum Fato Chriſtiano more intellecto, liberatem aſſerimus, & neceſſitate Ethnice, imò & Calviniane ſcopulum, omnino, plenitque velis declinamus. Appoſuit enim ius quos condidit magnus Deus, aquam & ignem, bonum & malum, mortem & vitam, ut extendant mentem & manum ad id quod maxime voluerit. Abfit ut voluntatem hanc Deus cogat, aut tollat, que ſi libera non eſt, voluntas non erit, nec crimen aliquid, imò ſi tale aliquid, Deum qui ſummum eſt bonum, auctorem habeat, adeoque iniquum vindicem. Quæ merito increpandus Cicero, quod maluertit providentiam tollere, quam delibare aliquod de humana libertate. Ita dum homines liberos fecit, ait S. Auguſtinus, fecit ſacrilegos.

HIEROGLYPHICUM.

Ægyptii veteres Fatum per ſtellarum adumbrabant: quod per

ſtellarum motum negotia tractari & diſponi exiſtimarent. *Pic. Erius lib. 4. Hieroglyb.*

Item per *Colum & Fuſum*, ſignificatur opportunius, tantquam que instrumenta ſunt Parcarum, que deæ Fatales dicte & quod nemini parcerent. *Idem.*

Fauni.
 QUÆRE SATYRI.

* Favor.

FAVOR, Græcè *σθενα*, à ſando dicitur. Eſt autem favor vox bene precans alicui, ſive ſtudium aut vox alicui bene cupientis. Unde favere, propriè bona ſati. *Virgilius: Ore favere omnes.* Et favorabilis, à quo favorem habemus.

Sic quoque quod rarum eſt, ſalito deſecta favore,
Fortuna facies invidioſa ſua. Ovid. in Ibin.

Hebr. *Chen*, gratia, favor, clementia; *צדק*, id eſt, dulcedo, vel *חסד*, gratia; *Chen*, ſuit à verbo *Chanana*, gratia effecti, in gratiam recipit, gratificatus eſt, gratis donavit, miſertus eſt. Cognationem habet cum *Chanab*, placidè ſe inſinuavit. Item cum *Noach*, quievit, &c.

EXEMPLA, ET APOPHTHEGMATA.

DIONYSIUS Junior dicebat, ſe multos acrite liberalium artium doctores, non quod illos admiraretur, ſed quod aliis admirationi per illos eſſe velle. Sciebat, populum de illis prole ſentire, eaque calliditate populi favorem conciliabat. Eadem ratione & arte hodie fortiffis Principes quidam alunt in palatiis ſuis viros eruditioris & ſanctitatis opinione venerabiles, ut populus arbitretur, illorum conſiliiſ geri plerique. *Eraſ. lib. 5. apoph. ex Reg. & Imp. apoph.*

ALEXANDER Magnus, cum favorem ſuorum civium ſibi conciliare cuperet, largitionibus eos corrupit. Verum cum habet fama ad Philippum parentem delata eſſet, filium illico accerſiſſet, & graviter his verbis objurgavit: *Quæ te malum, & ſili, ratio in itam ſpem induxit, ut eos putes tibi favere, quos pecunia tibi devinxiffiſſi? Plu. in apoph.*

Celebratur Glauca dictum in Metellum, Villam habens in Tiburte, cortè in palatio. At cors ville ſolet eſſe contigua. Nota vitæ illum, quod multos ſibi cibo largitionibuſque devinceret. Idem aliis verbis Libo objecit Galba: In corte aluntur animalia domeſtica. *Eraſ. lib. 6. apoph.*

Quidam dixit, cum qui primus populo Romano dedit epulum & congiarium, exiti cauſam illi fuiſſe. Unde Caſar Auguſtus cogitavit aliquando de tollendis hujusmodi largitionibus. Inſincerus favor eſt, qui donis emittit: atque ſi minus, ingens murmur ſi tollas, ſeditio gravis oritur. *Ibidem.*

ORONTES, Attaxerxis regis genit, quam ab irato rege reſectus & condemnatus eſſet: Quem admodum, inquit, ſupplicatorum digiti nunc inſolentium numerum, & potentiffimo poſunt ponere: ſic regum amici, nunc quidvis polent, nunc quam minimum. Olim digitiſ ſubducebant ratio, quemadmodum nunc calcaliſ. *Plu. in apoph. Regum.*

JUL. CÆSAR, poſtquam Publius Mimus in ſcena ſuſperafſet omnes, & in his Laberium, ita pronuntiat: Favente tibi Cæſare, victus es Laberi à Syro. Publius enim conditione ſervus, natione Syrus erat. Longè à tergo relinquitur, qui favente Judice ſuperatur. *Eraſ. lib. apoph.*

FAVOR PRINCIPUM INSTABILIS ET INFIDUS.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

ISAAC apud Regem Abimelech gratiffimus primùm, poſtquam opulenter evaſit, & locupletatus fuerat, dixit ei Abimelech: Recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es valdè. Et ut eum una cum gregibus abigerent jam lenem, obſtruxerunt omnes puteos, quos ſoderant ſervi Abraham, impletes humo. *Geneſ. 26.*

JOSEPH, cui Ægyptus debebat falaretem, & quintam partem proventuum, quam Regi omnes pendunt, in poſteris ſitis abjectus, cum antea Pharaonem unico tantum gradu ſubſequiſſet, venit enim alter Pharaon qui ignorabat Joſeph; quod hodie in urbibus, regnis, provinciis nimium obtinet, ubi beneficia puluerti, maleſticia, etiam in opinione dumtaxat ſunt tanta, martiori inſcribuntur. *Exod. c. 1.* Invenit Aman gratiam apud Aſterum Regem: ſed Crucem mox illi pepert, ut conſtat ex *lib. Eſth.* Invenit Achioſel gratiam apud Abſalonem: verum exitio etiam illi fuit, & ſuſpendium attulit. *2. Reg. 17.*

HISTORICA.

Qui Henr. VIII divorſit cauſa fuerat cum Catharina Regina, Volſeus homo improbus, & ob id eidem chariffimus, tandem